



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. III. De Potestate admittendi in Societatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

tempore , neque ulla ratione debet prætendere potius hunc , quām illum Grandum ; interrogandusque an ad hujusmodi indifferentiam sit paratus. *p* Non prohibentur tamen iidem , post orationem , simpliciter Superiori proponere , quod ad Dei Gloriam fore judicaverint. *q* Præterea examinandi de reliquis , prout magis convenire videbitur. ,

*p* Ex . c . 1 . § . 11 .  
& c . 8 . § . 1 . 2 .

*q* Ex . c . 8 . A .

*r* Ex . c . 8 . § . 3 .

3. Rarò tamen aliqui , ut Indifferentes , admittendi , & ex iis , qui sic admissi sunt , ultra tempus biennii probationis nemo detinendus in hoc Indifferentium gradu , sed eo expleto determinetur ad aliquem aliorum. *s*

*Pauci sint , nec detineantur ultra biennium.*

*s* Reg . Prov .

67 . & C . 4 .

D . 52 .

### C A P U T III .

#### De Potestate admittendi in Societatem.

##### S E C T I O I .

*Vnde fluxerit potestas admittendi  
in Societatem.*

4.  U E M A D M O D U M Societatis Fundatio , quod reliquis etiam Religiosis Ordinibus commune est , pendet à Summo Pontifice : ita ab eodem , unà cum prima

*Prima Confir-  
matio Societatis  
& Facultas ad-  
mittendi , sed  
limitema.*

prima sui confirmatione , fluxit in Societatem J E S U facultas admittendi eos , qui hanc vivendi normam sequi vellent . Et 10. quidem Paulus III . *a* Confirmans Institutum Societatis , contulit ei pariter potestatem aggregandi novos Socios : noluit tamen hanc concessionem extendi ultra numerum sexaginta personarum , oblatam Normulam profiteri volentium . *b*

*a* Paul. III, p.  
7. &c.

*b* Id. p. 16.

*Secunda sine li-*  
*mitatione.*

*c* Paul. III. p.  
17. &c.

*Tertia cum fa-*  
*cultate admit-*  
*tendi Coadju-*  
*tores.*

2. Idem Pontifex triennio post professus se ad id moveri , ut Fidei orthodoxæ dilatatio subsequatur , sustulit terminos præscriptos , & liberè potestatem indulxit aggregandi Societati , sub votis per Socios ejusdem Societatis emitti solitis , quoscumque Fideles , qui probationes Societatis expleverint . *c*

3. Cùm autem in prædictis concessiōnibus nulla esset facta mentio Gradiūm Coadjutorum , qui numquam Professiōnem emittunt : idem Pontifex concessit , ut de cætero Sacerdotibus , qui nos in spiritualibus , & personis secularibus , quæ nos in temporalibus , & officiis nostris domesticis coadjuvent , uti possemus ; qui pariter , post statutas probations , ad eorum majorem devotionem , & majus meritum , tria vota paupertatis , castitatis , ac etiam obedientiæ , quantuna est

est ex parte ipsorum , perpetuae emittant. *d* d Paul. III. p.  
 In qua concessione nullus definitus est *29.* &c.  
 numerus Coadjutoribus Temporalibus ; at  
 Spiritualibus vigesimus præfixus est ; *e* e Paul. III. p.  
 quam limitationem mox idem Pontifex *31.*  
 sustulit , concedens ut ad alios quoscumque  
 que idoneos ea facultas protenderetur. *f* f Ibid. p. 52.

## S E C T I O N I .

*In quibus jure ordinario & extraordi-*  
*nario Potestas admittendi resident.*

i. **I**gitur ex præmissis Pontificiis con-  
 cessionibus Præpositus Generalis per  
 se , & per alios admittere in Domibus , vel  
 Collegiis , vel ubicumque libeat , poterit  
 eos , qui ad Institutum Societatis idonei  
 videbuntur. *g* At quibus , & quantum hæc  
 facultas communicanda sit , judicabit idem  
 Generalis. *h* Ordinario etiam jure admit-  
 tere possunt Provinciales , & quidem  
 etiam eos , qui sunt absentes. *i*

2. Extraordinariam potestatem admit-  
 tendi habet quisvis Commissarius Præpositi  
 Generalis , vel ejusdem Provincialis. At  
 Rectoribus Collegiorum , & Præpositis  
 Domorum magis consuetum erit commit-  
 tere , ut quos idoneos judicabunt Domi-  
 suæ , aut in Collegio possint admittere ,

*Facultas admit-*  
*tendi Ordinaria*  
*in Generali , &*  
*Provinciali.*

*g* P. 9. c. 3. §.  
*i.* & P. 1. c. 1.  
*§. 1.*  
*h* P. 1. c. 1. §. 1.  
*i* P. 1. c. 1. B. &  
 Reg. Prov. 32.  
*Extraordinaria*  
*in Visitatoribus*  
*aliis.*

cuna

*¶ P. I. C. I. B.*

*m P. I. C. I. §. 2.  
& Reg. Præp.  
79. & Rect.  
77.*

cum præsentes fuerint. / Citra hanc commissionem neque Rector, neque Præpositus Localis ullum in Societatem admittat; sed de iis qui admitti petunt, ad Provincialem referat, quales illi sint, & quibus donis Dei prædicti. m

### S E C T I O III.

#### *Quomodo admittendi facultas exercenda.*

*Praestandum à  
non habentibus  
admittendi fa-  
cultatem.*

*n P. I. C. I. §. 2.  
& A & Reg.  
Præp. 80. &  
Rect. 78.*

*Curanda à Pro-  
vinciali &  
Examinatori-  
bus.*

*o Reg. Prov.  
33.*

1. **I**gitur quicunque Jus admittendi per seipsum non habet, aliquem natus idoneum nostro Instituto, scribat ad Provincialem; ut proximè dictum est. Quod si necessitas urgebit, & qui admitti petit, valde idoneus videbitur: poterit Superior eum, tanquam hospitem, domi recipere, donec responsum à Provinciali accipiat; vel ad eundem mittere, si expedire judicaverit. n

2. At idem Provincialis curare debet, ne nimii sint nostri in hominibus ad Societatem alliciendis; sed per virtutes, & bonæ vitæ odorem omnes ad Christum trahere studiosè current. o Et tam ipse, quamvis, cuius opera utitur ad admittendum, aut examinandum, habeat oportet cognitionem rerum Societatis, ac zelum boni pro-

progressus ipsius, ut nulla ratione dimo-  
veri ab eo possit, quod magis in Domino  
convenire judicaverit. Quod ut consequa-  
tur, moderatus admodum sit oportet in  
admittendi desiderio; & ut liberior sit ab  
omni minus ordinato affectu, ubi vitii  
hujusmodi occasio esse possit (ut cum con-  
sanguineis & amicis) ille, in quo aliquid  
periculi hujusmodi timeretur, examinandi  
officio non fungatur.

*p* P. I. C. I. §. 4.  
& Reg. Exam.  
I. 2. & Or. c.  
18. §. 1. & In 6.  
§. 1.

*q* In 6. §. 1:

Præterea in admit-  
tendo Superiores non sinant se moveri  
Nostrorum importunitate; nec bona ex-  
terna, & nostrorum affinitatem, sed ap-  
titudinem ad Institutum sequantur.

*q* Ca-  
vebit autem Provincialis ne cujusquam  
admissio aliquam Externorum offendio-  
nem, aut Societatis nocumentum pariat;  
quod cum iis potissimum observandum  
erit, qui in Scholis nostris instituuntur.

3. Et quia refert plurimum ad divinum  
servitium, convenientem haberi dele-  
ctum eorum, qui admittuntur, & dili-  
gentiam adhiberi, ut intelligatur, quæ  
eorum sint dotes, & vocatio; qui talem ad-  
mittendi facultatem habet, si per seipsum  
id ipse non præstet, habeat in iis, qui  
assidue apud se agunt, aliquem, cuius  
opera utatur ad cognoscendum eos, qui  
ingrediuntur; ad agendum cum illis, eos-  
que

*r* Reg. Prov.  
32.  
*Alia Examina-  
torum Condicio-  
nes.*

que examinandum ; qui quidem prudenter  
prædictus sit ; & non ignoret agendi  
modum , qui cum tam variis generibus ,  
& conditionibus personarum est tenendus ;  
ut majori cum intelligentia , & utriusque  
partis satisfactione negotium ad Dei glo-  
riam transfigatur . s

s P. I. C. I. §. 3.

*Eorumdem mu-  
nus.*

t P. I. C. I. §. 5.

& D.

n' Ex. c. I. A &  
P. I. C. I. D.

4. Quicumque autem fungetur Exa-  
minatoris munere , in scriptis habeat , quæ  
ad tale officium pertinent ; ut sunt Liber  
completus Examinis Generalis , & Regulæ  
Examinatoris , in quibus hæc omnia di-  
stinctius traduntur . t At si satis notus est ,  
qui ingreditur , non necesse erit juxta Exa-  
men Generale procedere ; in quo Superio-  
ris judicium Examinator sequatur . Ante  
quām autem ad primam Probationem re-  
cipiantur , fere semper de quibusdam rebus  
majoris momenti , præsertim de iis , quæ  
solent excludere , examinari eos oportebit .  
u Quomodo autem ulterius in Examine  
pergendum sit , dicetur statim , cùm prima  
Probatio exposita fuerit .



C. A.